

R. Plurimis Orientis Provinciis à Græcis occupatis sub Alexandro Magno, lingua eorum usitata esse cœpit in Judæa, que est pars Orientis, ideoque Scriptores sacri non sine Spiritu sancti inspiratione in libris suis usi sunt lingua græca, scilicet ante Christum natum annos circiter 325.

*Quot* sunt versiones græcae?

R. Sex sunt: prima, septuaginta Interpretum; secunda, Aquila; tertia, Symmachi: quarta, Theodotionis, & duæ aliae quarum auctores sunt incerti, hinc dictæ sunt, quinta & sexta.

*Quenam* est antiquior & prima earum versionum?

R. Ea est quæ dicitur Septuaginta Interpretum.

*Quinam* erant hi Septuaginta Interpretes?

R. Communior est sententia Eleazarum Pontificis Iudæorum, rogatu Ptolomei Philadelphi Regii Ægypti misse Septuaginta duos senes Hebreos qui lingua Græcam callebant cum exemplari primigenio ut Scripturam interpretarentur græco sermone, quod & fecerunt. Tum hæc versio reposita est in Bibliotheca à Ptolomeo Philadelpho Alexandriæ collecta.

*Cur* versio dicitur Lxx. Interpretum, cùm fuerint 72?

R. Ut numerus sit rotundus.

*Quinam* libri versi sunt ab illis interpretibus?

R. Communis est sententia totam Scripturam Sacram fuisse versam ab illis, sicut antiqui existimunt solum fuisse verbum Pentathecum... Nota hanc versionem fuisse in omnium manibus tempore Christi, unde Apostoli ex ea depromebant testimonia quibus ad probandam Christi à Patre, Āeterno missionem utebantur.

*Numquid* corrupta fuit aliquando ista versio Lxx. Interpretum?

R. Ita, unde plures viri docti eam corrigeret suscepserunt, inde etiam nata est diversitas versionum. Divus Hieronymus Vulgatam diligenter expurgavit & emendationem edidit.

*Quot* sunt versiones latine?

R. Plurimæ sunt: sed inter alias duplex fuit Vulgata, quæ semper maximæ fuit in Ecclesia auctoritatis: Prima, quæ dicitur verus seu Itala, cuius auctor ignoratur, & quæ vigebat ante Hieronymum, quæque tradicta est ex fonte græco Lxx. Interpretum; alia facta est ab ipso Hieronymo qui novum Testamentum ex græco translatis, aut saltantem emendavit; verus vero totum ex hebreo latine reddidit.

*Versio* illa Vulgata quæ nunc approbata est à Concilio Tridentino, & nunc est in usu, est-ne versio D. Hieronymi?

R. Editio illa compacta fuit ex Itala veteri & nova S. Hieronymi.

*Quis* editus Vulgatam illam?

R. 10. Edidit Sixtus V. deinde Clemens VIII. emendationem novam fieri curavit.

*Non* ne sunt aliæ versiones præter versiones græcas & latinas?

R. Aliæ sunt: videlicet Syriacæ, Arabicæ & Persicæ quæ reperiuntur in Polyglottis.

*Quid* intelligis per editionem Polyglottæ?

R. Est collectio textus originalis Bibliorum cum una versione aut pluribus versionibus in variis linguis: Antiquior est Origenis. Post inventam typographiam multæ editæ sunt Polyglotta; inter quæ celebrioris sunt versiones D. le Gay, & altera facta in Anglia, quæ inscribitur Waltonii Polyglotta.

*Tom. III.*

*Quenam* est prima omnium editionum Bibliorum?

R. Prima facta est ab Esdra, absolutâ captivitate Babylonis, cùm Scripturæ sacræ in illo exilio non fuissent satis religiosè affervaræ: Post captivitatem Esdras & celebrioris Iudaorum, inter quos erant ultimi Prophetæ, Aggæus, Zacharias, Malachias, & juxta quosdam Daniel, codices varios collegerunt & in unum corpus redegerunt.

*Quid* est Paraphrasis quæ vulgo dicitur Chaldaica?

R. Est interpretatio seu versio librorum hebraicorum in lingua Chaldaica, unde paraphrasis idem sonat ac interpretatio, seu translatio, estque nomen græcum, hæc autem vocatur ab Hebreis *Targum*, vel *Targumim*.

*Quia* ratione edita est illa Paraphrasis?

R. Ex occasione captivitatis Babylonica; cùm enim in ea Iudei propriæ linguae immemores, Domini ourum linguum didiscerent, nempè chaldaicam, Biblia necessariò erat chaldaicè exponenda.

*Quot* sunt Libri Canonici tam veteris quam novi Testamenti?

R. Veteris 45. & novi 27.

*Quomodo* dividitur Biblia sacra?

R. In novum & vetus Testamentum. Vetus est collectio Librorum sacrorum qui promittunt venturum Redemptorem cum præceptis antiquæ Legis: Novum vero est collectio Librorum sacrorum, qui Messiam præsentem exhibent cum præceptis novæ Legis.

Quare vetus & novum Testamentum dicuntur Testamenta?

R. Quia in his manifestatur voluntas Dei, sicut per Testamentum manifestatur voluntas hominis mortientis.

Quare dicuntur etiam fœdus?

R. Quia illa duo Testamenta continent fœdus quod pepigit Deus cum hominibus. Primumquidem cum Iudæis in antiqua Lege: Secundum vero cum Christianis in nova Lege.

*Quomodo* dividitur vetus Testamentum?

R. Dividitur in Libros legales, historiales, sapientiales, & prophetales. Legales sunt illi in quibus leges & iudicia de ore Dei edita promulgantur. Historiales, in quibus rerum gestarum historiarum narrantur. Sapientiales, in quibus vera sapientia describitur: Prophetales, in quibus ventura prænuntiantur.

*Quinam* sunt libri legales?

R. Sunt quinque libri Moysis.

*Quomodo* vocantur quinque libri Moysis?

R. Vocantur Pentateuchus, hoc est, quinque libri, natu Penta, nomen græcum vertitur latine, quinque, & tenchos, etiam nomen græcum, significat latine volumen, quasi qui diceret quinque volumina.

A quo scriptus est Pentateuchus?

R. Fuit scriptus à Moysi, unde sibi dicitur sicut scriptum est in lege Moysi, per legem autem Moysacan intelligitur Pentateuchus.

*Quid* significat vox Moyses?

R. Idem sonat ac attritus *sab de aquis*, namque à filia Pharaonis fuit subractus ab aquis.

*Unde* natus est Moses? Quis sacer Moysis, & quæ uxor ejus?

R. Natus est ex Levi, sive ex domo Levi; sacer ejus, *Fetrio* Sacerdos-Madian; uxor, *Sephora*; patria, Madieri; Pater, Amram; *Zochabéth* mater ejus.

G g